Österreich (Wien), 1455 

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>  <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">  <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">





Bti serui illi quos cum uenerit dnus inuenerit uigilantes dico uobis
q pauget se et faciet illos discumbere et transiens ministrabit illis
et si uenerit in secunda uigilia et si in tertia uigilia uenerit et ita inue
nerit beati sunt serui illi Hoc autem scitote quod si sciret pater familias
qua hora fur uenire uigilaret utique et non sineret perfodi domum sua
et uos estote parati quia qua hora non putatis filius hominis uenit. Dixit
autem ei petrus dne ad nos dicis hanc parabolam an et ad omes
Dixit autem dnus Quis putas est fidelis dispensator et prudens
quem constituet dnus super familiam suam ut det illis in tempore tritici
mensuram Beatus ille seruus quem cum uenerit dnus inuenerit ita facientem
Vere dico uobis quia super omia bona sua constituet illum
Si autem dixerit seruus ille in corde suo Moram facit dnus meus uenire
et cepit percutere pueros et ancillas et edere et bibere et inebriari et
uenient dnus serui illius in die qua non sperat et hora qua nescit et
diuidet eum partemque eius cum infidelibus ponet Ille autem seruus qui nouit
uoluntatem dni sui et non preparauit et non fecit secundum uoluntatem eius plagis
uapulabit multis Qui autem non cognouit et fecit digna plagis
uapulabit paucis Omni autem cui multum datum est multum quoque
et cui commendauerunt multum plus petent ab eo Ignem uenit mittere
in terram et quid volo nisi ut accendatur Baptismo autem habeo baptisari
et quomodo coarctor usque dum perficiatur Putatis quia pacem uenit dare
in terram non dico uobis sed separationem Erunt ex hoc quinque in do
mo una diuisi tres in duo et duo in tres diuidentur pater in filium et
filius in patrem suum mater in filiam et filia in matrem socrus in nu
rum suam et nurus in socrum suam Dicebat autem et ad turbas Cum
uideritis nubem orientem ab occasu statim dicitis Imbrem uenit
et ita fit Et cum austrum flantem dicitis quia estus erit et fit Ypo
crite faciem celi terre et celi nostis probare hoc autem tempus
quomodo non probatis Quid autem et a uobis ipsis non iudicatis quod
iustum est Cum autem uadis cum aduersario tuo ad principem in uia da
operam liberari ab illo ne forte tradat te apud iudicem et iudex
tradat te exactori et exactor mittat te in carcerem Dico tibi non
exies inde donec etiam nouissimum minutum reddas Erant autem

XIII

Hinc autem quidam in ipso tempore
nuntiantes illi de galileis quorum sanguinem pilatus mis
cuit cum sacrificiis eorum et respondens dixit illis putatis